



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Gvilielmvs C. 6. April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

198 *Vite Sanctorum.* 6. APR.

deinde (Babyloniam dixisse) conclusæ IRENES sorores, inter flammam blanditias verius quam tormenta, mortem somni similem, illæsis corporibus, oppetierunt. IRENE vero ardenter etiam ignes evasit; in lupanar quippe Veneris fornacem per vim intrusa, ab Angelis sub militari habitu latenteribus, illibata virginitate, inde educta est, & in montem ablata, extra teli quidem Cupidinis jactum, non æquè tam furentis adhuc Dulcitii posita; ab hoc enim celeriter inseque, eminus sagittâ transfixa est volens lubensque, & amorem suum Numinis saucio pectori testatura, mox in ejus complexum à cœlestibus Paranympsis domum, id est Cœlum, deducta; anno salutis CCCIV. Ex Actu S. Anastasia.

S. G VILIELMVS C. 6. April.

G VILIELMVS domi nobilis, Hugo-ni Abbatii, apud Parisienses, à parentibus ad omnem pieratem informandus traditus est. Nec abhorrebat à disciplinâ pius animus, quâ comite feliciter in literis progressus, facile superabat æmulos, quibus ob morum integritatem fastidio fuerat. Patebat multorum invidiæ, quam ille æquo animo preferens, nihil alienum à virtute patrabat, quæ sedem firmam in pectore ipsius jam fixisset, Dubius quo vitæ generæ

PR.
clu-
rum
nor-
bus,
ores
ippe
, ab
enti-
ucta
qui-
è ta-
; ab
inus
que,
pe-
xum
, id
lutis

pril.
igo-
ren-
nan-
dis-
lici-
era-
nte-
nul-
imo
pa-
re
vitæ
nere

7. P.R. *Vita Sanctorum.* 199
genere virtutis studia decurreret, mon-
nenie tandem severius Odore Abbate,
& objecta Christi crucifixi in vitrâ
fenestriâ depicti specie, pectori ejus fa-
ces subdente, in religiosam se familiam
recepit, in quâ cœlestibus promissis ac-
census, ita se probavit aliis, ut Roschil-
denibus præficeretur Abbas. Et quia
pii omnes adversis exercentur, nequa-
quam ab iis vir sanctus eximius fuit,
cœli nihilominus deliciis sustentatus.
Gravius decumbenti S. Genovefa virgo
solamen & morbo medicinam attulit.
Morituro denique Reparator noster,
Sanctis comitatus, conspicuum se fecit,
scilicet ne mortis larvâ terroreretur. Cœ-
lum Anno MCCII. subituro paratum
solium ejus discipulus vidit, coronam-
que, rarum opus & Angelorum mani-
bus elaboratum; sed geminas GVI-
LIELMVS suppeditavit, virtutes suas,
quarum nos nomina fortasse scimus, &
subinde de pretio disputamus, sed sub-
terfugimus patientia scalpellum, sine
quo nulla gemma cœlatur. EN Surio.

S. CALLIOPIVS MART.

7. Aprilis.

CALLIOPIVS eximiâ sanctitate ju-
venis ad agenda Liberalia ab impiis
invitatus, liberè abnuit, nefas esse
Christianis dictitans, insanire cū ratio-
ne. Præfectus urbis Maximus extrema-

N 4

pri-